



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

Qu[a]e co[n]tineantur in hoc tractatu. c. 1.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

De sacramento Eucharistię

satisfaciens pro eo sit in statu gratię. Super omnia enim admo-
nendus est, vt si debet aliquid alicui, vel ratione maleficię, vel
contractus, vel depositi, vel aliter, declaret bene, vt non disce-
dat cum alieno ab hoc seculo, ne in eternum damnetur: Et de
restitutione & legatis ad pias causas, pro anima sua ita dispo-
nat: q̄ cito cogantur executores expe dire, & non plangere: si-
cut sepe & quotidie faciunt. Qd̄ si nollet sufficēter disponere de
restitutione facienda, non est absoluen- dus. **Exhortatus** est
autem ad contritionem simul, & confidentiaz diuine misericor-
dię exemplo latronis, meritis passionis Christi. **Si** autem
haberi non possit copia sacerdotis: quamuis bonum sit in hu-
iusmodi periculis, iurari videlicet, bello, vel in infirmitate, vel
morte violenta, laico confiteri: tamen non est necessarium. Qd̄
si fiat, & euadit: tenetur talis iterum de illis peccatis confiteri:
q̄ non habebat ille clauis ecclesię. **Si** vero infirm⁹ nō est in
periculo mortis, & habet casus excoicationis, vel peccata refer-
uata episcopo, dēt cōfesso ire vel mittere ad episcopū, si pōt, pro
authoritate huiusmodi: tñ modo tali, q̄ non prodat peccatorē:
nisi prius ille sibi dederit licentiam nominandi eum. **Hęc** ille.
Finit tractatus tertius primę partis libri Sacerdotalis.

**Tractatus quartus primę partis Sacerdotalis de sacra-
mento eucharistię.** **Quę cōtinentur in hoc tractatu.** Ca. 1.



Sacramentum Eucharistię,
que bona gratia dicitur,
q. 1. ca. Multi. In quo veraciter
cōtinentur corpus, sanguis, aia,
& diuinitas Dñi nři Iesu Chri-
sti sub speciebus panis & vini, quod
ab eo institutum est, ob memoriā
sue sacratissime passionis, a solis
sacerdotibus summa cum dilige-
tia est consecrandum, pari reuerētia
Christicolis dispensandum,
& fidei custodia seruandū. Et q̄ primus & maximum sacerdotis
oficiū est, corpus & sanguis Christi in hoc sacramento p̄cra-
re: qd̄ fit i missę celebratione: id̄ primū de ipsa dicem⁹: postmo-
dum de alijs s̄m hunc ordinem, videlicet, q̄ videbimus primo,
Ad certam

Materiam huius sacramenti.
Formam huius sacramenti.
Ministrum huius sacramenti.
Effectus huius sacramenti.
Locum idoneum ad celebrandum.
Quoties in die quis possit celebrare.
Ordinem et ritum celebrandi.
Tempus conueniens celebrationi.
Quibus hoc sacramentum sit dandum: et quibus non.
Ordinem communicandi populum in ecclesia.
Ordinem communicandi infirmum.
Quod diligenter sit custodiendum hoc sacramentum.
Penitentiam male custodientis. et
Casus concessos et prohibitos tempore interdicti ecclesiastici.

Quæ sit materia huius sacramenti. Cap. 2.

Materia huius sacramenti est panis triticeus ex farina frumenti, cum aqua elementari et naturali confectus. De Cōsecr. dist. 2. cap. In sacramēto. Et debet esse azymus: quia Christus in azymo sacramentum confecit et consecrauit. Et etiam usus sanctę Romanę Ecclesię, quę initium et institutionem a beato Petro Apostolo habuit, sic obseruat, et sic mandat obseruari. Siquis in fermentato pane cōsecraret in ecclesia Latina, debet deponi. De celebra. mis. c. Literas. Rationabiliter autem sacramētum ex pane triticeo. i. frumenti, conficitur: quia Christus, qui in eo sacramentaliter continetur, appellat se granum frumenti. Joā. 12. Nisi granum frumenti. et c. De celebra. mis. ca. vltim. et supradicto capitu. In sacramēto. **M**ateria calicis est vinum de vite: quia sanguis Christi confici non potest nisi de vino vitis. eo. cap. In sacramēto. De consec. dist. 2. capi. In sacramentorum, ibidem. De summa trinitat. capit. 1. de celebra. mis. c. cum Marthe. et cap. vlti. Et conuenienter conficitur sanguis Christi ex vino vitis: quia Christus se veram vitam appellauit. Joan. 15. **Ex concilio Carthaginensi. Cap. 27.** In sacrificijs corporis et sanguinis domini nihil amplius offeratur, quam quod ipse dominus dicit: hoc est panis, et vinum cū aqua mistum. Nec amplius in primitijs offeratur Deo vino, et frumento. De consecr. dist. 2. In sacramēto. et capitu. in summa. de celebra.